



320
20

Z. n. 18.



18. IIIA.

ILLVSTRIS
AVGVSTEI
NATALEM LX.

^{EX}
PIENTISSIMA
DIVI AVGVSTI FVNDAOTORIS
VOLVNTATE
ANNVENTE
SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO

DOMINO
CHRISTIANO

DVCE SAXONIÆ JVLIAE CLIVIAE AC MONTIVM ANGARIÆ
ET WESTPHALIE LANDGRAVIO THVRINGIÆ MARCHIONE MISNIÆ ET VTRIVS-
QUE LVSATIE COMITE PRINCIPÆ HENNEBERGÆ COMITE MARCÆ
RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ DYNASTA RA-

VENSTEINII &c. &c. &c.
PRINCIPÆ AC DOMINO ET NVTRITORE NOSTRO LONGE
CLEMENTISSIMO
PIE CELEBRANDVM

INDICIT

ET

AD ORATIONEM
IN SOLENNISSIMA PANEGYRI

D. I. NOVEMBR. A. O. R. MDCCXXIII.
IN AUDITORIO ILL. AVGVSTEI MAJORI
AVDIENDAM

ILLVSTRÆ SERENISSIMÆ AVLÆ MINISTROS
VTRIVSQUE REIPUBL. PROCERES ET LITERATOS OMNES
PARITER AC CIVES ILL. AVGVSTEI
OBSEQVIOSISSIME HVMANISSIMEQUE

INVITAT

M. CHRISTIANVS REINFCCIUS, SS. TH. B.
CONSIL. SAX. ILL. AVGVSTEI RECTOR ET P. P.

* * *



X antiquis Philosophis PLATONE M magno ingenii acumine Animæ Humanae essentiam spiritualem, vitam & operationem nec non post mortem statum indagasse, nemini obscurum est, qui eximii hujus Philosophi Scripta paulo curatus evolvit & legit. Inter argumenta autem quibus animam post mortem supersitatem esse usque operationes vitales edere contendit, illud parum firmitatis haberet, aut falso determinate ad animas referri debere non satis pateret, quod ex Apparitionibus desumptum est, quodque de apparitionibus Animarum defunctorum apud Platonem legitur in Phædone p. 386. Εμβριθὲς, ὁ Φίλε, τὸν εἰδεῖς χρὴ εἶναι, καὶ θερόν τὸ γεόδες τοῦ ἐργάτων. ἡ μὲν εἰσεπειρατὴ τούτην τοντὸν Βασιλεὺαν ποτὶ ἀλετεῖ ταλαντίς πορφύρατον, Φόβος αἰεῖς ποτὲ πᾶσαν, ποτὲ αὐτὸν τῷ ἀρχέτυπῳ φυγαντὸν οὐκανθρώπινον, οὐκ επιτελέσθαι τούτην τοντὸν φυγαντὸν εἴδολα, οὐκ εἰδαντος ἀπολυθῆσαν αὐτὰ τούτα πειράσσεται, διὰ τοῦ ἑρώια. i.e. Ponderatum, οὐκ Amicet, id putandum est. Et grave terrenumque & visibile, quod anima ejusmodi secum trahit: ideoque ab eo gravatur & rursus ad visibilem trahitur locum metu invisiibilis atque occulti: Et quemadmodum fertur, circa monumenta sepulchra que versatur, circa que jam nonnulla apparuerunt animarum umbrosa phantasmata, qualia preferunt simulacra tales anime, que videlicet non pura decesserunt à corpore, sed visibile aliquid trahentes, quo sit ut videri possint. Pontifici quidem animarum apparitionibus multum tribuant & easdem per pacta contingisse commemorant atque commendant. V. Baronius Tom. 5. Annal. A. C. 411. f. 341. Petrus Thyraeus lib. de Apparitione Spirituum c. 13. p. 51. Tali pacto inter se convenisse Marcellum Ficinum & Michaelem Mercatum, & illum post mortem huic apparuisse narrant Scriptores plurimi. Erat Marcellus Ficinus animorum immortalitatis acerrimus defensor, quam tum vivus adseruit, tum mortuus etiam demonstrasse fertur. Cum enim inter ipsum & Michaelem Mercatum arcta esset necessitas studiorum consuetudine, pauci sunt aliquando, uter cunque ex hac vita prior decederet, ut alterum, scilicet, de alterius vita & statim decederet certorem. Interlapso autem haut brevis temporis spatio, summo mane, dum Michael Philosophicis speculationibus invigilaret, currentis equitis obicerique oscium pulsante vocem audiret clamantisque: o Michael! Michael! vera, vera sunt illa: Agnita voce fenestrans apriens pratervectum Marcellum cunctum proflexit: neque ita multo post nunciatum est ei, Ficinus illa ipsa hora mortuum esse. V. Balth. Bonifacius l. 15. Hist. Lud. c. 5. Baronius l. c. hac pro exploratis habet, quaque accepiterit ipse ab integerrimæ fidei viro Michaeli Mercato Miniatiensi S. R. E. Protonotario probitate morum atque doctrina spectato. Ipse enim, inquit, narravit de avo suo, eodem quo ipse nomine nuncupato Michaeli Mercato Seniore, cui cum Marcellio Ficino Nobilissimi ingenii Viro summa intercedebat amicitia consuetudo parta & aucta Philosophicis facultatibus. In quibus Platonem affectabantur auctorem. Quibus Narrationem ipsum subjicit, quam & alibi pasim legas. Geminum huic pactum duo etiam Clerici iniuste memorantur apud Vincentium Belucensem in Speculo Hist. libr. 25. c. 89., ex quo Antonius Daurolitus illud afferit in Catech. Hilfior. c. 7. p. 227. Circa annos Domini 1090., ut refert Vincentius, in civitate Nannetis

DUO

DUO CLERICI nondum patientibus annis Presbyterii literis affatim instructi inter se multum amici, *hoc paetum inierunt, ut qui prior eorum moreretur, alteri vel vigilanti vel dormienti appareret infra 30. dies.* Data acceptaque corporali fide, non multo post tempore, unus eorum obiit. Triglimo autem die, adstitit alteri vigilanti, & nescio quid operis molienti mortuus vultu exanguis & pallido, qui prior vivum compellans, *Agnoscis me, inquit, Agnosc, respondit ille, & miror, quod ita tarde apparueris.* Ille prius moram excusans, tandem veni, inquit, & adventus meus, si volueris, tibi sit commodus, mihi autem omnino infructuosus, nam sempiternis datus sum supplicis. Ego, ait alter, juvabo te orationibus multis, jejunii & elemosynis. At ille respondit, sine punitentia sunt iudicia DEI, in inferno, dum rotat astra polus, dum pulsat littora pontus, pro crimini bus meis puniar, si totus mundus mihi remedia exquireret, eterna tamen & innumeraria poenarum genera patiar; & utaliquam ex meis rationalibus penitis cognoscas, in una, protendit manum saniose ulcerare stillantem. Videturne ribi, ait ille, levis? Cumque ille levem sibi videri referret, ipse mortuus curvatis in volam digitis tres guttas defluentes tabis super eum jaculatus est, quarum duas tempora, tercia frontem contingentes, cutem sicuti ignito jaculo penetraverunt, foramen nucis capax efficientes. Illo magnam poenam esse doloris clamore potestante. Hoc, inquit mortuus, erit tibi quādū vixeris & poenarum meārum grave documentum, & nisi neglexeris, salutis tua singulari monumentum. Vade ergo, dum licet, muta habitum simul & animum, & esto Monachus Redonis apud S. Melaniū. Cumque ad hoc vivus respondere nollet, mortuus cum oculi vi gore perstringens, si dubitas, inquit, miser converti, lege literas istas, & hæc dicens manum protendit tetricis notis inscriptam, in quibus Satanas & omne inferorum Satellitium Ecclesiastico cœtu gratias de tartaro emittebant, quod cum ipsi in nullo voluptatibus suis deessent, tantum numerum animarum subditarum patenterunt ad inferna descendere prædicationis injuria, quantum nunquam viderint retro acta secula. His dictis, loquentis adspicere disparuit. Et audiens, omnia vendens & dans pauperibus sanctum Menalium adiit & Monachus ibi factus optime conversatus est. Nec prætereundum, quod Historia Lombardica Auctor Jacobus de Voragine c. 158. narrat de Magistro Silone (quem vocant & alii Sironem, verius autem dici Simonem Parisensem, monet Thomas Reinesius in literis d. 21. Augusti 1660, ad Jat. Thomassum scriptis.) Verba eius sunt: Magister SILO quendam suum Scholarem ægrotantem obnoxie rogavit, ut post mortem ad se rediret & statum suum Gbi renunciaret. Post aliquot igitur dies sibi apparuit cum capa de pergamente tota de sophismatibus descripta & intus flamma ignis tota coniecta. Qui requitus a Magistro quisnam esset, ait: Ille utique sum, qui ad te redire promisi. Qui de statu suo requitus ait: Hæc capa plus super me ponderat & plus me premit, quam si unam turrim suprime haberem. Et est mihi data ut eam portem pro gloria quam in Sophismatibus habui. Porro flamma ignis, qua opera est, pelles sunt delicatae & variae quas cerebam, que flamma me cruciat & exurit. Sed cum Magister illam poenam facilem judicaret, dixit eidem defunctus, ut manum extenderet & sic facilitatem poenæ sua sentire posset. Cumque manum extendisset, ille guttam unam sui sudoris demisit, que prædicti Magistri manum sagitta citius perforavit, ita quod cruciatum mirabilem sensit. Et ait: Talis totus est ignis. Ille igitur Magister ex illius poenæ acerbitate perterritus, seculum de libe-

liberavit deserere & religionem intrare. Unde mane Scholaribus congregatis, hos
versus compositi:

Linxo coax ranis, cras corvis, vanaque vanis.

Ad Logicam pergo, que mortis non timet ergo.

Et hic seculum deserens ad religionem confugit. „Plura ejusmodi exempla appari-
tionum animarum tunc ex pactis tunc sine pactis passim legitimus vid. *Thyreus* l.c.
Henricus Morus T.2.p.381. & *Jos/Glawilins* in Sadducismo confutato. *Conf. Pexen-
feld*. Conc. Hist. n. 91. *Era/nus Francisci Hell.* Protheus n. 4 p. II. sqq. At enim
vero juxta Lutheranos Doctores ha[bit] animarum defunctorum apparitiones praefiti-
giis Diabolice & fragmentis Monachorum plurimum debent. Nam damnatas
animas post mortem redire posse ipsi Romanenes communiter incitantur; Animas
sanctas seu celestes redire posse negant sacræ literæ 2. Sam. n. v.23. Syr. 38. 22. Luc.
16. 26. His & pluribus rationibus Theologici aliis contra has animarum defun-
ctorum apparitiones pugnat *Dannhauerus* in Hodos. p. 411. *J. F. Mayer* in Pro-
grammate ad Disput. inaug. *J. A. Fabricii* 1699. & *Fabricius* ipse in sua disp. aliquie
Hinc etiam omnia ejusmodi pacta, qualia commemoravimus, non modo irrita-
sed & impia censorunt, quod ipsum quoque pluribus docent Doctores laudati.
Explanatio de mysteriis & operis operis &c. 2. Petri. i. 19. Hoc DEI verbum, quod
omnino omni apparitione firmius est Lucas 16. 20. & 31. ejusmodi pactis profano aut in
dubium vocatur, fidei in ostiis & eleyxere & brenneri Ebr. n. 1. evertitur & temera-
rio periculo se objicunt qui hæc desiderant sequere illusionibus Daemonum expo-
nunt. Nec quicquam ex illis apparitionibus, quæ narrantur, colligi potest aliud,
quam quod dentur spiritus; quod vero animæ defunctorum sint, nullo argumento
certus quis esse potest, sed in contrarium pugnant quæ supra iam sunt adducta.
Quid enim huc faciat similitudo quam vides exterius assumpta? Quid loquatur
agatque in tali apparitione Anima, quod a Satana fieri non posuit in angelum lucis se
transformante. Hinc merito omnes illas animarum defunctorum apparitiones re-
pudiamus, & alia pro animarum vita immortali & statu post mortem argumenta in
promptu habemus & suo loco urgemos. Non enim ipsa sacra literæ silentia anima-
rum separatarum Vitam & Operationes in Congregatione sanctorum, in laudibus
divinis, in colloquiis cum Deo & sanctis Angelis de rebus divinis &c. Et tantum abest
ut memoriam Suorum, quos in hac vita reliquerunt, & quæ pro honore Dei & Ec-
clesi salutem egerunt, exuisse existimandæ sint animæ defunctorum, ut potius eorū
cum omnium probe reminisci & aliquo modo etiam curam gerere putandas sint.
Proinde in Oratione nostra, ipso illo anniversario inaugurationis ILLUSTRIS AU-
GUSTEI die, habenda, proponere constituius Augustam DIVI AUGU-
STI memoriam, & qua Augustus nostri, & nos Augusti recordamur.
Ad quam & benigne audiendum Illustris Aulæ Serenissimæ Ministros,
Utriusque Reipubl. Proceres & optimarum Artium Fautores &
Promotores, nec non Cives III. Augustei, ea qua pars est observantia
ac humanitate invito, enixissimeque rogo, ut alii suis negotiis gravissimi tantillum
temporis spatium subtrahere & Musis dare, nostramque Panegyrii sua exopra-
tissima præsentia exornare ne graventur. P.P. d. XXIV. Oct.

M DCC XXIII.

LEUCOPATRAE, literis G. A. Legii, Aul. & Aug. Typegr.



Nc 885.
40

ULB Halle
001 556 347



Sb.

WAN

7.6.5



17

ILLVSTRIS AVGVSTEI NATALEM LX.

EX
PIENTISSIMA
DIVI AVGVSTI FUNDATORIS
VOLVNTATE
ANNVENTE
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

CHRISTIANO

DUCE SAXONIÆ JVLIAE CLIVIAE AC MONTIVM ANGARIÆ
ET WESTPHALIÆ LANDGRAVIO THVRINGIÆ MARCHIONE MISNIÆ ET VIRIVS-
QUE LVSATIÆ COMITE PRINCIPE HENNEBERGÆ COMITE MARCÆ
RAVENSBURGÆ ET BARBIÆ DYNASTA RA-

VENSTEINII &c. &c. &c.

PRINCIPE AC DOMINO ET NVTRITORE NOSTRO LONGE
CLEMENTISSIMO
PIE CELEBRANDVM
INDICIT
ET

AD ORATIONEM
IN SOLENNISSIMA PANEGYRI
D. I. NOVEMBR. A. O. R. MDCCXXIII.
IN AUDITORIO ILL. AVGVSTEI MAJORI
AVDIENDAM

ILLVSTRES SERENISSIMÆ AVLÆ MINISTROS
VTRIVSQVE REIPVBL. PROCERES ET LITERATOS OMNES
PARITER AC CIVES ILL. AVGVSTEI
OBSEQVIOSISSIME HVMANISSIMEQVE

INVITAT

M. CHRISTIANVS REINFECIUS, SS, TH, B,
CONSIL. SAX. ILL. AVGVSTEI RECTOR ET P.P.

